

DANIELIS ŠKOVIERA

Philosophiae doctoris, Philologiae Classicae professoris emeriti apud
Universitatem Comenianam Posoniensem, hoc mundo nuper egressi, propter
studia cum litterarum classicarum tum neolatarum ad regionem patriae suae
pertinentium nec non propter rerum gestarum auctores Graecos Latinosque ac
libros aliquot Scripturarum Sacrarum sermone patrio versos
et domi et peregre optime noti

INSTITUTUM PHILOLOGIAE CLASSICAE MEDIAEQUE ET
INFIMAE LATINITATIS VINDOBONENSE

ob felicem in litteris Latinis recentioribus indagandis communionem
studiorum

PIAM, GRATAM, DIUTURNAM

habebit

MEMORIAM

*Laude operum meritisque Tuis post fata vigebis,
Posoniense decus praesidiumque Tuis*